



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

... haudquaquam æs ex Libano monte effossum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

probant, quod de tribū Aser, quæ Libano proxima fuit, hic à Mose dicitur: *ferrum & æs fore calceamentum ejus*. Sed horum rationibus optime respondit vir summus Samuel Bochartus, qui magnis argumentis addixit, $\chi\alpha\lambda\kappa\gamma\lambda\iota\beta\alpha\nu\sigma$ haudquam æs fuisse, ex Libano monte effossum. Videri possunt quæ de Chalcolibano prolixè disputavit in mirando opere vir plane eximius, cui nihil viget par & secundum. Atque uti $\chi\alpha\lambda\kappa\gamma\lambda\iota\beta\alpha\nu\sigma$ nequaquam æs est ex Libano monte effossum, ita omnino incertum est an in ipso Libano vel Antilibano æris & ferri fuerint fodinæ. Nam uti Bochartus afferit, de ære Libanitico nihil apud veteres, nihil apud recentiores legas. Quod utique verissimum est. Varia loca apud antiquos æris proventu celebrantur, at qui ex Libano referat æs effodi, homo nemo est. Quin nullas in Libano metalli venas fuisse id ostendere videtur quod ex Theodoreto affert, qui de iis, qui Helenopolis erant ad Libani montis radiis, refert, quod *Tais Φεννησίοις καὶ περούμαιοις παρεδόντο μετάλλαις*

Bochart.

Hieros.

P. 2. lib. 6.
cap. 16.

Theodor.

lib. 4.

cap. 19.

D 6 ad.

84 De CALCEIS HEBRÆOR.

ad Phænnesia & Proconnesia metalli
damnabantur. Sane non inepte in
de concludi potest, nullas in Li-
bano fuisse æris fodinas, cum haud
quaquam fuisset opus, ut illi, qui
ad montis Libani radices erant, ad
Phennesia vel Proconnesia metalli
damnarentur, si quæ fuissent in
ipso Libano metalli venæ, nisi
quis respondeat eas illo tempore
jam defecisse. Quod *Sareptam* addit
*Masius nomen à Metalli officinis ha-
bere* pariter incertum est, & si va
maximè à metallis diceretur, inde
confici tamen non posset hæc eo
in loco nasci, cum aliunde potue-
rint advehiri & *Sareptæ* conflari.
Atque hoc præclarè etiam respon-
dit maximus Bochartus: *Fam quod
superest Sareptam à conflando nomen
habere, non est ullius momenti.* Ne-
que enim necesse est ab æris conflatura
dictam *Sareptam*, cum æque potuerit
à conflando vitro sic appellari, quam
artem in iis locis natam esse nemon-
scit. Et æs *Sareptæ* conflatum si
quod fuit, tam potuit Temesæum tñ
ex Cypro quam Libanense.

IX. Magnus nostri seculi The-
ologus Johannes Coccejus, post-
quam

Bochart.
loc. cit.

Cœcc. in
ulti Mosis.